



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis
Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione
diversarum quæstionum pro firmando ...**

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Lit. E. / Ad Lit. E.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38262

que Archi-Episcopatum præ- Orbis Christianus, perpetuā
dam Victoris ferius aut citius pace ac tranquillitate gau-
futurum &c. deat; quæ etiam causa de-
functum Dominum Electro-

rem movit, ut durante morbo suo, Litteras ad Conscriben-
dum Militem ipse manu suā signaverit, & pecuniam in eum
usum expenderit; Nec ullus, aut officialis aut Miles est, qui
non Decano & Capitulo fide, juramento firmata, devinctus
sit, & si Electio facta fuerit, omniaque in statu paccato exi-
stant, consulendum erit, quid novus Archi-Episcopus, ad-
hibito Capituli consilio desuper statuiturus sit. Ac quam-
vis nemini rationem reddere teneamur, ex cuius ære Resi-
dentialia Bonnensis muniatur, ut nec alij ad Rhenum Electro-
res ac Principes hac super re examini sistuntur, nihilomi-
nis ad stabiliendam Imperij securitatem & cæptas esse, &
adhuc perfici.

Mirum est cur hæc propugnaculi exstructio suspicione-
creet, cum exteri majorem eas apprehendendi causam
habeant; an non Laudandum potius, quām perstringen-
dum est tam bonum opus, quod Limites Imperij securos
reddit, Diœcesim ab inopinis Incursis præservat, & tan-
tum ei securitatis tribuit, ut non tam facile præda viatoris,
nec ante hac cujuslibet græffatoris spolium esse debeat.

Lit. E.

Non posse virum talem ad
Collegium Electorale ad-
mitti, nec esse dubium, quin
parem hæc nova postulatio,
si fiat, cum priore sit sortitu-
ra effectum.

statuendum aliquid, quod Bullæ aureæ, quod fundamenta-
libus Imperij sanctionibus, & libero eligendi jure adverse-
tur;

Ad Lit. E.

Perpensis Litteris Româ-
Ratisbonâ, & ex aliis au-
lis advenientibus, major af-
fulget spes admittendam es-
se postulationem, & vi ejus
Sessionem in Electorali Col-
legio concedendam, quam
statuendum aliquid, quod Bullæ aureæ, quod fundamenta-
libus Imperij sanctionibus, & libero eligendi jure adverse-
tur;

tur; Nec potest de summa Sanctissimi providentiâ præsumi sanctitatem suam hoc in casu facturam esse, quod ex Antecessoribus ejus nemo fecit, de quo nullum, vel in jure, vel in historiis exemplum extat, imò alia plane apparent mens Sanctitatis suæ ex brevibus, & indultis, à paucō tempore Eminentiae suæ Roma missis,

Lit. F.

Nullam igitur à Capitulo in Personam D. Cardinalis faciendam esse reflexionem, nolle tamen Majestatem Cæsaream per hoc libertati suffragiorum quicquam præjudicare, imò eandem potius tueri, ne hic pariter, uti & Argentinæ factum, prorius adimatur.

Lit. G.

Considerandum esse, quod Dicecibus Germaniæ temporalis jurisdictio cum Regalibus annexa sit, ideoque non posse illis illimitatam planè eligendi libertatem competere; Sed eam in tantum esse restrictam, ut non liceat ab interesse Imperii recedere.

Ad Lit. F.

Non bene conveniunt exclusio D. Cardinalis, & libera suffragiorum conservatio, quæ utinam non minorem hic quam Argentorati pateretur diminutionem, ubi nemo exclusus, imò nec unus præ altero pro ut vivi & praesentes hic Capitulares testabuntur, specialiter Comendatus fuit,

Ad Lit. G.

Hic aures erigant & oculos aperiant, quotquot sunt Metropolitanæ vel Cathedralia in Romano-Germanico Imperio Capitula, & considerent maturè, qualis hic anguis in herba lateat, Lethalem suffragiorum libertati mortuum in principiis tempestivè obstetur inflictorus.

Lit. H.